Licence of non-residence for two years, to study, etc. (26 April, 1314); 84^b: again, for a year (9 Oct., 1319),—"proviso quod eidem Ecclesie deserviatur interim debite in Divinis, et animarum Cura exerceatur, etc., quodque congrua porcio de fructibus et obvencionibus dicte Ecclesie pauperibus parochianis suis assignetur"; 144: again (26 Oct., 1320), for three years, if he desired to go abroad; for one year, if he remained in England; 152^b: again, till Michaelmas, 1326 (13 Feb., 1324-5); 183^b.

Sparkeforde, Nicholas de, *see* "Wills"—Lovetot; L 185, etc.

Speccote, Edmund de, *see* Little Torrington (*Inst.*); $71.^b$

Speke, John le, inst. to Woolfardisworthy, R.; 180.

Spicer, Peter le; L 189^b.—William; L 201^b.

Sprengor, William, inst. to Upottery; 164.

Sprigga, Richard, collated to Landcross; 41^b: inst. to Charles; 184.—*See* L 201^b, 205^b.

Stafforde, Sir Reginald de, priest (of the Dioc. of London),—
Inhibited from officiating in the Diocese of Exeter, from Michaelmas next following, "quousque Dimissorias Originales a suo Dyocesano habuerit, de quibus prius dictum extitit eidem,—Witnesses: Masters N. de Hele and J. de Godrevy (8 April, 1312); 71.

Stanes, Peter de, inst. to St. Creed; 139^b, 143.

Stanlake, Wm. de, Abbat of Dunkeswell; Benediction of; 160.

Stanweye, John de, clerk; *Dispensacio super defectu natalium*—"de *presbitero* genitus et soluta" (28 Aug., 1310); 54^b.

Stapeldone, Adam de, R. of Tedburn-St. Mary; L 213^b.

Stapeldone, Sir Richard de, Knt., *see* Oratories"; 114,—
He presents to Ashwater. 56^b: *See* Arundelle, John de; 115^b: North Tawton (*Inst.*); 118, 167^b, 177^b: St. Columb-major (*Inst.*); 59: Thorney; 76: Uffculme (*Inst*); 181^b: St. Michael-Penkevil; 163: Whitchurch; 165^b.

Stapeldone, Robert de; R. of Tawstock; 31, 43^b,—
Collated to a Preb. in Crediton; 33^b: Proctor for the Bishop in Parliament; 36^b: collated to a Preb. in the Cathedral; 40^b: deceased; 62^b, 63^b. *See* Germeyn, Ralph; 55.

Stapeldone, Thomas de,—
Inst. to Lesnewth; 39: collated to a Preb. in Crediton; 40^b (*see* 51^b): presents to Instow; 44^b: exchanges Great Torrington for Bishopsteignton; 45^b: collated to a Preb. in Bosham; 60: resigns his Preb. in Crediton, and is collated to another Preb. in Bosham; 61^b: collated to a Preb. in the Cathedral; 71^b, 72^b: R. of Exminster, which he exchanged for St. Breoke; 128^b: inst. to Kilkhampton; 182: resigns St. Breoke; 183^b. *See* St. Piran-Uthno; 38: Bosham (*Inst.*); 59: Harberton (*Inst.*); 75^b: Thorney; 76. Vicars-General; 77, 113: Otterton Priory; 114: Benefices; 139^b.

Stapeldone, Bishop Walter de,—
[*Charters granted by the Crown to the Bishop of Exeter*:—

(Devon). I.—*Pro Waltero Exoniensi Episcopo*:—Rex Archiepiscopis, etc., salutem. Sciatis nos concessisse et hac carta nostra confirmasse Venerabili Patri Waltero, Exoniensi Episcopo, quod ipse et Successores sui, Episcopi ejusdem Loci, imperpetuum habeant unum mercatum singulis septimanis per diem Sabbati, apud Manerium suum de Aspertone [*Ashburton*] in Comitatu Devonie, et unam feriam ibidem, singulis annis, per tres dies duraturam; videlicet, in vigilia et in

die et in crastino Sancti Laurencii. Et quod habeant unum mercatum, singulis septimanis, per diem Lune, apud Manerium suum de Chuddeleghe in eodem Comitatu, et unam feriam ibidem singulis annis, per tres dies duraturam; videlicet, in vigilia et in die et in crastino Sancti Barnabe, Apostoli. Et quod habeant unum mercatum, singulis septimanis, per diem Martis, apud Manerium suum de Clist in eodem Comitatu; et unam feriam ibidem, singulis annis, per tres dies duraturam; videlicet, in vigilia et in die et in crastino Sancti Michaelis, Archangeli. Et quod habeant unum mercatum, singulis septimanis, per diem Martis, apud Manerium suum de Criditone in eodem Comitatu, et duas ferias ibidem, singulis annis, per decem et octo dies duraturas; unam, videlicet in crastino Sancti Marci, Ewangeliste et per octo dies sequentes, et aliam in vigilia et in die Nativitatis Beate Marie et per septem dies sequentes. Nisi mercata illa et ferie ille sint ad nocumentum vicinorum mercatorum et vicinarum feriarum. Quare volumus et firmiter precipimus, pro nobis et heredibus nostris, quod predictus Episcopus et Successores sui predicti imperpetuum habeant predicta mercata et ferias apud Maneria sua predicta, cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus ad hujusmodi mercata et ferias pertinentibus; nisi mercata illa et ferie ille sint ad nocumentum vicinorum mercatorum et vicinarum feriarum, sicut predictum est. Hiis testibus—Venerabilibus Patribus R[oberto], Cantuariensi Archiepiscopo, Tocius Anglie Primate; R[adulpho] Londoniensi, et J[ohanne] Bathoniensi et Wellensi, Episcopis; Gilberto de Clare, Comite Gloucestrie et Hertfordie; Henrico de Lacy, Comite Lincolnie; Johanne de Warenna, Comite Surrie; Rogero de Mortuo Mari; Roberto filio Walteri; Roberto filio Pagani, Senescallo hospicii nostri; et aliis.—Datum apud Westmonasterium, xij die Decembris [1309]. Per ipsum Regem, etc.—*Rot. Cart.* 3 *Edw. II., No.* 21.

II.—*Pro Waltero, Exoniensi Episcopo*:—Rex Archiepiscopis, etc., salutem.—Sciatis nos concessisse, etc. (*ut supra*) Waltero, etc., quod ipse et Successores sui imperpetuum habeant unam feriam singulis annis, apud Manerium de Asshpertone, in Comitatu Devonie, per tres dies duraturam; videlicet, in vigilia et in die et in crastino Sancti Martini in Yeme; nisi feria illa sit ad nocumentum vicinarum feriarum. Quare volumus, etc. Nisi feria etc. Hiis testibus—Venerabilibus Patribus J[ohanne], Norwycensi, J[ohanne], Cicestrensi; et Johanne Laudavensi, Episcopis; Gilberto de Clare, Comite Gloucestrie et Hertfordie; Hunfrido de Bohum, Comite Herefordie et Essexie; Henrico de Percy; Roberto de Clifford; Roberto filio Walteri; et aliis.—Datum per manum nostram, apud Westmonasterium, xvj die Novembris [1313]. Per ipsum Regem.—*Rot. Cart.* 7 *Edw., II., No.* 33.

[Cornwall].—*Pro Waltero Episcopo Exoniensi et ejus Successoribus*:—Rex Archiepiscopis, etc., salutem. Sciatis nos concessisse, etc. (*ut supra*), Waltero etc., quod ipse et Successores sui imperpetuum habeant unum mercatum, singulis septimanis, per diem Veneris, apud Manerium suum de Poutone in Comitatu Cornubie, et unam feriam ibidem, singulis annis, per tres dies duraturam; videlicet, in crastino Sancti Vitalis, Martiris, et per duos dies sequentes; et unam aliam feriam ibidem, singulis annis, per tres dies duraturam; videlicet, in vigilia et in die et in crastino Sancti Michaelis. Et unum mercatum, singulis septimanis, per diem Mercurii, apud Manerium suum de la Wyttone [*Lawhitton*] in eodem Comitatu; et unam feriam ibidem, singulis annis, per tres dies duraturam; videlicet, in vigilia et in die et in crastino Sancti Michaelis. Et unum mercatum, singulis septimanis, per diem Jovis, apud Manerium suum de Caergaul in eodem Comitatu; et unam feriam ibidem, singulis annis, per tres dies duraturam; videlicet, in vigilia et in die et in crastino Sancti Mathei, Apostoli. Et unum mercatum, singulis septimanis, per diem Veneris, apud Manerium suum de Sancto Germano in eodem Comitatu; et unam feriam ibidem, singulis annis, per tres dies duraturam; videlicet, in vigilia et in die et in crastino Sancti Petri ad Vincula. Et unam feriam apud Manerium suum de Penryn in eodem Comitatu, singulis annis, per tres dies duraturam; videlicet, in crastino Sancti Vitalis, Martiris, et per duos dies sequentes. Nisi mercata illa et ferie ille sint ad nocumentum vicinorum mercatorum et vicinarum feriarum. Quare volumus, etc. Nisi, etc., sicut predictum est.—Hiis testibus—Venerabilibus Patribus R[oberto], Archiepiscopo Cantuariensi, Tocius Anglie Primate; S[imone] Saresberiensi, et J[ohanne] Cicestrensi, Episcopis; Gilberto de Clare, Comite Gloucestrie et Hertfordie; Johanne de Warenna, Comite Surrie; Edmundo, Comite Arundelle; Hugone le Despenser; Hugone de